Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ut non peccem t. Benedictus es
dñe: doce me iustificationes tuas.
In labijs meis pronuntiauj omia
iudicia oris tui. In via testimonij
tuorum delectatus sum: sicut in omnibus
divitijs. In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. In
iustificationibus tuis meditabor:
non obliuiscar sermones tuos.
Retribue servo tuo vivifica me:
et custodiam sermones tuos. Re
vela oculos meos: et considerabo
mirabilia de lege tua. Incola e
go sum in terra: non abscondas
a me mandata tua. Concupiuit
anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Increpa
sti superbos maledicti: qui declinant
a mandatis tuis. Aufer a me ob
probrium et contemptum: quia testimonia
tua exquisiui. Etenim sederunt
principes et aduersum me loquebat
ur: seruus autem tuus exercebatur in
iustificationibus tuis. Nam et testi
monia tua meditatio mea est: et con
silium meum iustificationes tuae. Adhe
sit pauimento anima mea: vivifica
me secundum verbum tuum. Vias me
as enuntiauj et exaudisti me: do
ce me iustificationes tuas. Viam iusti
ficationum tuarum instruje me: et
exercebor in mirabilibus tuis. Dormi
tauit anima mea pre tedio: confir
ma me in verbis tuis. Viam iniq
uitatis amoue a me: et de lege tua
miserere mihi. Viam veritatis e
legi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimonijs tuis dñe: no
li me confundere. Viam manda
torum tuorum cucurri: cum dilatasti
cor meum. Gloria patri et filio.

Omnipotens vivit saluus esse. am
omnia opus est ut teneat ca
tholicam fidem. Quam nisi quisque
integram inuiolatamque seruauerit: absque
dubio in eternum peribit. Fides au
tem catholica hoc est: ut vnum dm in
trinitate et trinitatem in vnitate veneremur.
Neque confundentes personas: neque
substantiam separantes. Alia enim est persona
patris. alia filij. alia spiritus sancti. Sed pater
et filius et spiritus sanctus vna est deitas:
equalis gloria coeterna maiestas. Qua
lis pater talis filius: talis et spiritus sanctus.
Increatus pater increatus filius: in
creatus et spiritus sanctus. Immensus pater
immensus filius: immensus et spiritus sanctus.
Aeternus pater eternus filius: eternus et
spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni:
sed unus eternus. Sicut non tres
increati nec tres immensi: sed unus
increatus et unus immensus. Similiter
omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens et
spiritus sanctus. Et tamen non tres omni
potentes: sed unus omnipotens. Ita dominus
pater dominus filius: dominus et spiritus sanctus. Et tamen
non tres domini: sed unus est dominus. Ita
deus pater deus filius: deus et spiritus sanctus
Et tamen non tres dii: sed unus est deus. Quia sicut singillatim unamquem
que personam deum et dominum confiteri ca
tholica veritate compellimur. Ita tres
deos aut dominos dicere catholica reli
gione prohibemur. Pater a nullo
est factus: nec creatus nec genitus.
Filius a patre solo est non factus
nec creatus sed genitus. Spiritus sanctus
a patre et filio: non factus nec creatus
nec genitus sed procedens. Unus ergo
pater non tres patres unus filius non
tres filij: unus spiritus sanctus non tres
spiritus sancti. Et in hac trinitate nihil